Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



YAS

Ego posui te quasi plaustrum
triturans nouum habens ostra ser
rancia. et triturabis montes. et con
minues colles quasi puluiem pōes
ventilabis eos. et uentus tollet. et
turbo disperset eos. et tu exultabis
in domino. et in sancto israel letabe
ris. Egenus et pauper querent aq̄
et non sunt. lingua eorum arruit sit
Ego dominus exaudiam eos deus
israel. Non derelinquam eos. Aperiam
in superiis collibus fluuios et in
medio camporum fluuios et fontes
Ponam desertum in stagna aquarum
et terram in uiam in riuos aquarum
Dabo in solitudine cedrum et pinum
et murtum et oleum olue. Ponam
in deserto abietem uiuum et bu
xum simul. ut uideant et sciant et
recogitent et intellegant pariter.
quia manus domini fecit hoc. et
sanctus israel creauit illud. Prope
facite iudicium uestrum dicit dō
minus. Afferte si quid forte habetis di
cit rex iacob. Accedant et nunciāt
nobis quaeq̄ uentura sunt. pri
ora que futura sunt nunciate. Et ponem
et sciemus cor nostrum nouissima
eorum et que uentura sunt indica
te nobis. Annūciate que uentura
sunt in futurum et sciemus q̄ di
estis. Bene quoq̄ aut male si po
testis facite. et loquamur et uideam
simul. Ecce uos estis ex nihilo. et
opus uestrum ex eo quod nō est. q̄s
elegit uos. Suscitauj ab aquilone
et ueniet ab ortu solis. uocabit nom
meum. et adducet magistratus quasi
luteum. et uelut plastes conculcās lu
tum. Ecce annūciauit ab exordio
ut sciamus. et a principio ut dicam
iustus es. Non est qui annūcians
neq̄ predicens. neq̄ audiens sermo
nes uros. Primus ad sion dicet ec
ce adsum. et hierusalem euangelistam da
bo. Et uidi. et non erat ex istis q̄ q̄
qui interrogaret consilium. et interrogatus
respondet uerbum. Ecce omnes
in uanitate. et uana opera eorum. ventus
et inane simulacra eorum omnia.

XLII

Ecce seruus
meus. suscipiam eum. et
electus meus. complacuit
sibi in illo anima mea. Dedi spiritum
meum super eum. Iudicium gentibus
proferet. non clamabit neq̄ accipi
et ponam. neq̄ audietur foris uox
eius. Calamum quassatum non
conteret. et linum fumigans non ex
tinguet. In ueritate educet iudicium
non erit tristis neq̄ turbulentus do
nec ponat in terra iudicium. et legem
eius insule expectabunt. Hec dicit
dominus deus. Creans celos et ex
tendens eos. firmans terram et q̄ ger
minant ex ea. Dans flatum populo
qui est super eam. et spiritum calcan
tibus eam. Ego dominus uocaui
te in iustitia. et apprehendi manum
tuam. et seruauj te. et dedi te in fedus
populi in lucem gentium. ut aperires
oculos cecorum. et educeres de con clu
sione uinctos. de domo carceris se
dentes in tenebris. Ego dominus
hoc est nomen meum. Gloriam meam
alteri non dabo. et laudem meam scul

21